



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Das Papsttum und der katalanische Prinzipat bis zur
Vereinigung mit Aragon**

Kehr, Paul Fridolin

Berlin, 1926

IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68533](#)

neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego predicta Ermesindis amplius non repetam te predictum Remundum comitem nec posteritatem tuam de his predictis rebus omnibus nec ego nec homo uel femina per meum consilium neque per meum ingenium neque per meum stabilimentum uel assentimentum. Et ego predicta Ermessindis faciam dominum Victorem papam Romanum soluere illam excommunicationem, quam predictus papa Victor fecit contra predictum Remundum comitem et contra Almodem comitissam pro me predicta Ermessindi, usque ad festiuitatem pasce primam uenientem¹ sine engan(no), si ego predicta Ermesindis uiua fuero aut si predictus papa Victor uiuus fuerit. Ego predicta Ermesindis faciam eundem dominum Victorem papam soluere illam excommunicationem, quam fecit pro me contra dominum Guifredum Narbonensem archiepiscopum et contra cunctos homines et feminas.^a Ermesindis uiua fuero aut si predictus papa uiuus fuerit. Et ego predicta Ermesindis faciam dominum Reembaldum archiepiscopum Arelatensem et dominum Guifredum archiepiscopum Narbonensem soluere illam excommunicationem, quam fecerunt iussu predicti domni Victoris pape in Tolosana sinodo contra te predictum Remundum comitem et contra predictam comitissam Almodem sine engan(no) usque ad festiuitatem sancti Felicis Ierundensis primam² uenientem sine dono de meo auer, si ego predicta Ermesindis uiua fuero aut si predicti archiepiscopi uiui fuerint. Et ego predicta Ermessindis faciam predictum dominum Victorem papam soluere illam excommunicationem sine engan(no), quam predictus papa fecit pro Blanca femina contra te predictum Remundum comitem et contra predictam comitissam Almodem usque ad festiuitatem Omnium sanctorum primam uenientem³, si facere potuero umquam sine dono de meo auer, si uiua fuero ego predicta Ermessindis aut si predictus papa uiuus fuerit. Et ego predicta Ermesindis, sicut superius scriptum est, sic tenebo et atendam fideliter et sinceriter tibi predicto Remundo comiti et posteritati tue sine engan(no) prescripta omnia me faciente, excepto quantum tu, predice Remundo, me absolveris tuo grato animo sine fortia, per Deum et istos sanctos.

¹ 30. März 1057.² 1. August.³ 1. November.

IV.

Die Vikare P. Victor II. Erzbischof Raimbald von Arles und Erzbischof Pontius von Aix, Erzbischof Wifred von Narbonne und alle übrigen der Synode von Toulouse beiwohnenden Bischöfe ermahnen die Gläubigen in den Bistümern Gerona, Ausona-Vich, Barcelona, Elne und Urgel, welche Güter und Zehnten des Klosters Ripoll widerrechtlich in Besitz haben, diese den Brüdern zurückzugeben, und belegen die Ungehorsamen mit der Exkommunikation.

Toulouse (1056 September)

Kopie saec. XVII in der Collection Baluze t. 107 fol. 272 in der Nationalbibliothek zu Paris (ex archivo mon. Rivipollen). Nach Abschrift von Dr. W. KIENAST.

Wir besitzen noch die Akten der Synode zu Toulouse, welche die von P. Victor II. zur Ausrottung des Konkubinats und der Simonie bestellten Vikare Raimbald von Arles und Pontius von Aix am 13. September 1056 abhielten (ed. MANSI XIX 845 ff.), und die merkwürdige Klageschrift des Vicecomes Berengar von Narbonne gegen den anwesenden Erzbischof Wifred von Narbonne, der darin grober Simonie beschuldigt wird: er habe den eigenen Stuhl für 100 000 Solidi

^a hier fehlt si ego.

und für seinen Bruder Wilhelm den von Urgel für ebensoviel gekauft (ed. MANSI XIX 850). Das Dekret zugunsten des Klosters S. Maria de Ripoll war bisher, soviel ich sehe, unbekannt.

Raimballus sancte Arelatensis ecclesie archipiscopus et Poncius archiepiscopus Aquensis, uicarii domini pape Victoris, Guifredus quoque sancte prime sedis Narbonensis archiepiscopus omnesque ceteri episcoporum apud urbem Tholosam in Dei nomine congregati. Uniuersis Christi fidelibus utriusque sexus etatis et ordinis in episcopatu Gerundensi, Ausonensi, Barchinonensi, Helenensi et Urgellensi sub fide Iesu Christi uiuentibus cuncta commoda uite presentis et donum apostolice benedictionis.

Notum sit karitati uestre, quia, cum essemus apud urbem Tolosanam pro agenda synodo iussu domini pape Victoris congregati^a, uidimus et audiuimus querimoniam fratrum Riupollensis cenobii de prediis ipsius iniuste sibi sublatis et a dominio iureque suo alienatis et ad ius secularium hominum redactis. Unde commonemus dilectionem uestram per omnipotentem Deum et per beati Petri apostoli ac domini pape Victoris apostolicam auctoritatem nostramque concessam nobis a Deo potestatem, ut, quicunque prefati cenobii predia uel decimas ad damnum ipsius sine seruitio et subiectione eius detinent, quantotius resipiscant et ipsi cenobio sine ulla inquietudine libere habenda possidendaque restituant. Quicunque ergo huius nostre commonitionis auditor et effector extiterit, diuine protectionis et apostolice benedictionis particeps efficiatur. Qui uero pertinax et inobediens fuerit et prescripta cenobii predia iniuste a se possessa reddere noluerit, sed in suo iure nefanda presumptione remanere^b temptauerit, hunc omnes excommunicamus per nomen Dei omnipotentis et uirtutem beate Marie uirginis et per potestatem beati Petri apostoli et auctoritatem domni pape Victoris ac per conuentum huius sancti cenobii et ordinis nostri simulque illum anathematizamus et a liminibus sancte ecclesie extraneum iudicamus, ut tandiu sic excommunicatus maneat, donec omnia predia sancte Marie, que sine seruitio et subiectione ac dominio prefati cenobii detinet, sincere et fideliter reddat et ulterius ea inuadere rapere uel possidere nullatenus presumat. Ammonemus etiam et contestamur omnes episcopos, in quorum dioecesi isti raptiores uel iniusti possessores ac dominicarum rerum peruersores esse noscuntur, ut pari modo illos excommunicent et ecclesias sue diocesis, ad quas ipsi peruerterint uel in quibus fuerint, a diuino officio cessare uel uacare sub illorum presentia tandiu iubeant, quousque resipiscant et digna poenitundine satisfiant. Hanc ergo nostre commonitionis uel excommunicationis paginam non solum pro his, qui in presenti sunt raptiores uel iniusti possessores, sed etiam pro his, qui deinceps talia temptauerint, pari modo facimus et ut firmiter teneatur, manibus nostris roboramus.

† Guifredus archiepiscopus [Narbonensis ss]^c. † Raimballus archiepiscopus Arelatensis ss.
 † Bernardus episcopus [Coseranensis]^d ss. † Poncius archiepiscopus Aquensis ss. † Eraclius episcopus Bigorrensis^e ss. † Reymundus episcopus Basatensis^f ss. † Arnallus episcopus Lectoriensis^g ss. † Bernardus episcopus Comenensis^h ss. † Bernardus episcopus Aginensis ss.
 † Rostagnusⁱ episcopus Lutauensis ss. † Arnallus episcopus Tolosanus ss. † Froterius episcopus Nemausensis ss. † Elfantus episcopus Aptensis^j ss. † Barnardus episcopus Bitterensis^k ss. † Arnallus episcopus Helenensis ss. † Arnallus episcopus Magalonensis ss.
 † Petrus episcopus Rothensis^l ss. † Gonterius Agathensis^m episcopus ss. † Berengarius Dei gratia Gerundensis episcopus [ss]ⁿ. † Guilelmus gratia Dei Urgellensis episcopus [ss]^o.
 † Wilielmus gratia Dei episcopus Ausonensis [ss]^p.

^a congregata. ^b wohl statt retinere. ^c fehlt. ^d Bigorensis (*Tarbes*). ^e Bazas. ^f Lectorenensis (*Leictoure*). ^g Comenensis (*Cominges*). ^h Rostagnus (*von Lodève*). ⁱ Attensis (*Apt*). ^k Bitterrensis (*Beziers*). ^l Rottensis (*Rodez*). ^m Agattensis (*Agde*).